

cumbentis adhuc superat vires junctas cylindri $b c$ & aërei $c e$ &c.

Causa pri-
mæ partis
VIII. Phæn.

CONCLUSIO VI. Inverso etiam Siphone $a b c$ Fig. XXV. & clauso v. g. orificio a , non potest per c delabi cylindrus aqueus $b c$ quia ipse unà cum cylindro aëreo sibi subjecto $c e$ multò minùs premit superficiem aëris $b f$, quàm vicinus ipsi quisque aëris cylindrus $f g$ mente continuandus ad supremam aëris superficiem usque (id quod è sequente Tentamine ipso Sole clarius evadet) igitur cedit necessariò debiliòr cylindrus $e b$ & magis sursum urgetur quàm ipse deorsum nititur; *vi Conclus. II. ac III. Tentam. IV.* imò ascenderet actu, nisi cylindrus $a b$ ipsi resisteret. Eadem verò ratio etiam cylindrum $a b$ majorem suspensum tenet, clauso scil. orificio c : nam & ipsum pondere multum superant vicini cylindri aërei, v. g. $b i$, ingentis quippe altitudinis; imò superarent eum etiam si sex & viginti pedes altus esset, uti sequens Tentamen manifestum faciet.

CONCLUSIO VII. Jam verò, ad aperto utroque orificio a & b , superficies imaginaria $b f$ premitur inæqualiter; magis in a , minus in b : cedit ergo necessariò aër sub e , aëri sub a , ac cedit quidem eò ubi minima est resistentia, nempe versus $c b$. Igitur cylindrus $b a$ sequetur aërem sub a cedentem, & cylindrus $c b$ sequetur cylindrum $b a$ jam non amplius resistentem, *vi eorum quæ Concl. præced. VI. fuere demonstrata.*




Fig. XXV.

CON-